

Concours

EAE

Section/Option

0201A

Epreuve

102

Matière

0308

Thème latin

Quanta desperatione amans quidam
adfectus sit

Pro di immortales! nescio equidem
qui maximus maeror meo in animo versatus sit,
sed nihil aliud nisi hoc erat, quod
atrociter cruciatus me non amari sentiebam.
Ego enim quasi beatæ vitæ simulacrum videram,
ut, cum in perfectissima natura versarer
et maximo spectaculo quod ab hominibus
videri posset adessem, sub illo caelo quod
omnium pulcherrimum erat essem, at

ab ea sola muliere rescentos passus
abessem quam esse existimarem eaque
me esse etiam nesciret. Ah, me neque amari
nec sperare me unquam amari posse! Tum autem
ad Deum ire nolui ut ab eo rationem
singularis vitae meae reposcerem. Mihi vero
unus tantum gradus faciendus erat: nam
quo eram loco, hic, sicut praeruptae rupes,
mons intercisus erat ac mare, quod
caeruleum purumque fuit, in inferiore loco
murmurabat; itaque mihi nihil aliud nisi
unum doloris tempus patiendum erat.

Oh, is stupor quo, ita raptus, affectus sum
terribilis fuit. Bis enim prostratus at
nescio quid potestatis in terram me
iuvum reiecit quam osculatus sum.

Neque autem tu, mi Deus, me ita genuisti
ut semper dolerem. Te igitur
moriendo violare nolo; at da mihi vires,

da mihi facultatem, praecipue da mihi
animi fidentiam qua freti alii regnum,
alii gloriam, alii amorem consequuntur!

Hac autem insolita nocte
invisitationis res facta erat. Nam extremam
sub noctem, cum omnes aditus eius domus
in qua versabar illuminati essent, respirare
calido sulfureoque pulvere prohibebatur ut,
cum eam mulierem quam deliciis facile
ceperam in maenianis dormientem reliquissem,
in angiportus qui ad castellum ferunt
ingressus sum.

